UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

ſi fugitiuus, §. idē celſus, ff. de ædil. edic. Bal. ī l. ſicuti, § aristo, ff. ſi ſerui. uend. & in authen. itē nulla in fi. C. de epiſco. & cleric. Sed reſpondetur primo, † ꝙ quando fœdus eſt contractū inter duas ciuitates, ſeu communitates, quę ſint ſub eodē principe, ut ſub Imperatore, quales ſunt ciuitas Florentiæ, & Plumbinū, tūc unū cenſetur territoriū, & iudex cuiuſlibet territorij pōt procedere, & punire, & ſic in alterius territorio capi facere pro crimine commiſſo, de quo iudex cognitionē habeat, Bald. in l. pen. in 8. col. verſ. ſed quæro, quid de ciuitatibus, C. de exequutio. rei iud. l. non dubito, & ibi Bar. ff. de capti. & poſtliminio reuerſ. Et quāuis iudex nō poſſet punire, poſſet tamē procedere, uel ſaltē etiam realiter citare, alioquin confœderatio facta parū contra delinquentes ualeret. † Præterea quāuis iudex domicilii nō deberet in alieno territorio citare, tamē ſi ita citauerit, & ſententiam tulerit, ſententia ualet, & cōſequēter illā exequutioni mandare poteſt, ut dicit Ale. in d. l. fi. in fi. ff. de iuriſ. om. iud. ex mente Baldi, in d. l. pen. & in l. requirēdi, C. de ſeruis fugi. Rurſus † captura, quæ fit extra territoriū, non ualet, & captus eſt relaxandus, per Bal. in d. l. requirendi, quia ſic iudex realiter citans dicitur turbare iuriſdictionē, & territoriū iudicis, cuius ē territoriū, & ideò ad illum iudicē pertinet uindicta contra iniuriā ſibi illatā, ut ibi per Bal. Si ergo captus relaxandus eſſet, deberet relaxari ad inſtantiā, & petitionē iudicis offenſi, cuius principaliter intereſt, & nō ad inſtantiā delinquentis, de cuius delicto cōſtat maximè per cōfeſſionē iudicialē, quæ facit ſuum crimen eſſe notoriū c. tua, & c. ueſtra, de cohabi. clericorum, & mulie. & ideò nullus proceſſus, nec ordo iudicij debet attendi, niſi ut cōdēnetur, & puniatur, ut in c. 1. cū gl. de confeſ. in 6. & Bar. in l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reorū. Adde, ꝙ Bal. in d. l. ſicuti, §. ariſto, & in d. authen. item nulla loquitur in bannito, qui eſſet extra territoriū bannientis, & ſic, qui banno paruit, nos uerò in illo, ꝗ deliquit, & in fuga ſtatim captus fuit in territorio ciuitatis confœderatæ per prædicta, & ideò captura ualuit, maximè attento initio, arg. l. capite quinto, ff. de adulter. & eorū, quę dicunt doct. in d. c. fi. de fo. cōp. Præterea † ex quo de delicto notoriè conſtat, ut ſupra, iniuſtè carceratus, & detentus potuit pro eodē delicto, ſed non pro alio recommendari ad Bar. in q. inc. lapus captus, & arg. eorum, quæ uoluit Salic. in l. fi. C. de edic. diui adr. toll. & ibi Bal. Iaſ. in l. pacto, quo pęnam in 3. col. uerſi. tu ultra omnes, C. de pactis cum ſimilib. ibi adductis, & Ang. Aret. in §. quadrupli, Inſti. de actio. in colum. 16. circa finem illius, §. Et practica eſt, ꝙ ſi captura, uel immiſſio eſſet nulla, ille, ad cuius inſtantiam facta fuit, petat eam confirmari, uel de nouo fieri, & tūc iudex ſi cognouerit primā capturā fuiſſe nulliter factā, debet eam reuocare, & ilico, ſi de delicto, aut de debito conſtet, tenetur illam de nouo facere, uel confirmare ad tradita per Angelum, in l. ſi finita, in princip. ff. de damno infecto, ibique Imo. & Alexan. qui multa bona adducit, & Roman. ibi, & per Iaſo. in d. l. pacto, quo pęnam, & Alexand. in terminis poſt Bartolum ibi, in l. eximendi, ff. ne quis eum, qui in ius uoca. eſt, ui exim. Vltimo ſi uerum eſſet, quòd Plumbinum eſſet ſubditum, uel aliquo reſpectu ſubiectū iuriſdictioni Ducis Florentiæ, omnis difficultas ceſſaret per ea, quæ habentur per doctores in dicto capitu. final. cum ſimilibus. Et cum tempus plura ſcribendi non habuerim, quia heri proceſſum habui, & hodiè ante horam uigeſimam primam has meas allegatiunculas expedire neceſſe fuit, reliqua ſuppleāt iuſtiſſimi iudices, & pro eorum more iuſtitiam faciant. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Aſſeſſor, & notarius actorū non poteſt abſq; expreſſa cōmiſſione iudicis ardua, & valdè præiudicialia expedire, ſed ſolū leuia.*
2 *Pœnam grauem pecuniariam, & corporalem, ac mortis imponere eſt de arduis, & grauiſſimis.*
3 *Proclamata ut ualeant à quibus fieri, & publicari debeant.*
4 *Iuriſdictionem ſuam excedentes puniuntur, & ab eis factum non tenet.*
5 *Vtile per inutile in iuriſdictionalibus, & indiuiduis uitiatur.*
6 *Pœna grauior pœna principalis delicti non eſt imponenda, & impoſita eſt moderanda.*
7 *Pœna arbitraria ad quantum poſſit arbitrari.*
8 *Abſens ſolum illius, quod à præſentibus contineri in proclamate intellexiſſe probatur, notitiam habuiſſe præſumitur.*
9 *Verba præſentis tpis ī pœnalibus, & odioſis nō poſſunt ad futura, ſeu ad futurum tp̄s trahi ad effectum puniendi de actu futuro.*
10 *Verba ī pœnalibus, & odioſis ſunt propriè, & ſtrictè intelligēda.*
11 *Notarij actorum ſcripturæ quando magis ſtandum, quàm teſtibus, & quando è contra.*

EPITOME.

Inqviri, & puniri non poſſe pp proclama punitiuum, qđ eſſet nullū, & pęnā immoderatā cōtineret, nec ultra actū in eo contentum, hic demonſtratur.

CONSILIVM CLXIII.

In cauſa Caroli de Bellettis, & Herculis à manu de Caſtrofrācho ꝓ illorū defenſione ab inquiſitione contra eos formata in primis dicitur, ꝙ proclama, cuius occaſione deliquiſſe dicūtur, illi nō parendo, fuit ipſo iure nullū, & conſequenter tale, cui nō fuit credendū, neq; parendum. Et primo quia fuit factum auctoritate cuiuſdam ſer Vrſi aſſerti notarii, & aſſeſſoris domini Poteſtatis Caſtrifrāchi, qui & ſi fuerit notarius, &
1 aſſeſſor, prout ſe nūcupauit, tamē ſcire debuit, ꝙ † ad officiū notarij actorum, ſeu aſſeſſoris non pertinet abſq; expreſſa iudicis, ſeu Poteſtatis cōmiſſione expedire illa, quæ ſunt ardua, & ualdè præiudicialia, ut uno ore uolunt omnes ſcribentes Abb. Io. And. do. Anto. Deci. & alii Mod. in ca. quoniā contra extra de probationib. quamuis leuia poſſet ſine iudice expedire, ut ibi, & habetur per Bar. Alex. & alios, in l. 1. in fi. ff. de offi. aſſeſſ. per Bal. in authen. ad hoc, C. de iud. Alex. in rub. ff. de offi. aſſeſſo. referendo dom. Anto. in c. cū ab uno de offi. delega. & c. ſtatutū, §. aſſeſſorē, cum §. ſequen. ibiq; Dominic. & alij de reſcr. in 6. & per Bart. & alios in authen. niſi, C. de ſenten. & inter-
2 loquut. omnium iud. Sed † facere, uel fieri facere proclamata continentia grauem pęnam pecuniariā ſcutorum ducentorum, immò corporalē, & mortis dicitur de arduis, & grauiſſimis, ut ī l. placet, C. de peda. iudi. l. eos, l. 2. & per totum, C. de modo mulcta. l. 2. & ibi glo. C. de aſſeſſo. & facit, quod uoluit Bart. in l. 1. ff. quod quiſq; iur. ergo dictus ſer Vrſus aſſeſſor nō potuit auctoritate propria, uel etiam delegata tale proclama fieri facere, & ob minimum delictum nō propalandi delinquentem tam grauem, immò grauiſſimā pęnā imponere, ut in dictis iuribus: & ideò ipſe ſer Vrſus eſſet puniēdus de ſua iniquitate, & imperitia in imponendo ob leue crimen pęnā tam magnam, & grauem, arg. l. hoc edicto, ibiq; doc. ff. quod quiſq; iur. & in d. l. fi. C. de modo mulct. ¶ Secundo proclama fuit nullum, quia non fuit factum ſeruata forma in aliis grauibus bannis, & proclamatibus ſer-
3 uari conſueta, † nam conſuetum fuit, ac etiam de iure eſt, quod proclamata fiant à deputatis ad hoc officium, videlicet à nunciis publicis dicti caſtri, & nō ab aliis, & hoc de iure conſtat, quia proclamata publicari debent à præcone publico, ratione enim officii, ad quod deputantur, eis magis creditur, quàm iu-

dicibus,& quibuſlibet alijs perſonis, ut habetur in c.
cũ parati,ubi plenè Abb.de appell.c.ad audientiam,
ibiq; Abb.& alii de præſcr.& in l.ea quidẽ,ubi glo.&
doctores, C. de accuſatio. ergo ſi non eſſet publicus
preco,ſeu nuncius ad hoc deputatus,non poſſet pro
clamata maximè punitiua facere,&ſi faceret,illis ſtã
dũ non eſſet,ex defectu officij,& iuriſdictiouis,ut uo
lunt doctores communiter poſt gloſam in uer.cita-
tiones,in d.c.quoniã contra,& optimè facit tex.etiã
4 ad prædicta,in l.fi. C ſi à nõ cõpe.iud. † & in d.l.2.&
in l.eos,C. de modo mulcta. ubi excedentes iuriſdi-
ctionẽ ſuam puniuntur,& id, qđ ab eis factũ eſt, non
tenet. Præterea proclama factũ fuit pro parte Reue-
rendiſſimi domini Legati, ac etiam domini Poteſta
tis:& quãuis poſſet ſuſtineri pro parte domini Pote-
ſtatis,tamen ex quo de mandato Reuerendiſſimi do
5 mini Legati nõ cõſtat,debet dici nullum,quia† iuriſ
dictionalia,& huiuſmodi dicuntur indiuidua,& uti-
le per inutile uitiatur,ut in c.cũ ſuper abbatia , & ibi
doctores de offi.dele.Fuit etiã dictũ proclama ualdè
iniquũ,& iniuſtũ,& ex abrupto,ac ſine cauſæ cogni-
tione inconſideratè emiſſum, & ab eo, qui nec arbi-
6 triũ moderatũ, nec æquitatẽ præ oculis habuit, † nã
ob minimus facinus,hoc eſt ex eo,ꝙ quis non propa
lauerit delinquẽtẽ,qui leui pęna pecuniaria erat pu-
niendus ipſe notarius,ſeu optimus aſſeſſor impoſuit
pęnã grauiſſimã pecuniariã, immò capitalem furca
rũ,quæ eſt lõgè grauior,q̃ fuiſſet pęna principalis de-
linquentis,arg.l.in ſeruorũ,in fi.ff.de pęnis,ergo illa
eſt moderanda arbitrio boni uiri, & ad pęnã conue-
nientem reduci,& hoc facere tenetur ſuperior,quia
pęnæ ſunt commenſurãdę delicto,ut habetur in c.2.
de conſtitu.& de materia per Bart. & alios poſt glo-
ſam ibi,in l.quid ergo,§. pœna grauior.ff.de his, qui
no.infam.& in l.& ſi ſeuerior,C. quibus ex cau. infa.
irroge.& per canoniſtas maximè Mod.in c.in cauſis
de off.dele. ¶ Vtrũ autẽ pręfati inquiſiti pęnã incur-
rerint,poſito, ſed nõ conceſſo illos ratione ſcientiæ
pęnã incurriſſe,propterea quod ſcientes non notifi
carũt,in quo loco,ſeu in qua domo Zanninus delin-
quens eſſet,tamen ex quo ipſi inquiſiti, & præcipuè
Carolus tempore proclamatis fuerũt abſentes,ut de
ipſo Carolo probatũ fuit, de Hercule autem nec ex
ſua confeſſione, nec ex probationibus, de quibus in
proceſſu, conſtat, ꝙ fuerit p̄ſens, & ipſis expoſtfacto
notificatũ fuit, emanaſſe ꝓclama, ꝙ ſi quis in domo
teneret,& haberet Zanninum,deberet illum ſub pę-
na furchatũ denunciare, & de ſcientia,hoc eſt ſi quis
ſciret,in quo loco, & in qua domo Zanninus exiſte-
ret,nihil fuit ipſis notificatum,profectò dicuntur ue
riſimiliter potuiſſe ignorare partẽ illã ꝓclamatis de
ſcientia argumento eorũ,quæ habentur per gloſam
in auth. qui ſemel , C. quomodo & quando iudex ,
ubi glo.uoluit,ideò abſentes etiam teneri, ſeu præſu
mi ſcire proclama publicũ, quoniam illud ſcire po-
tuerũt ab iis,qui præſentes fuerũt,ergo ratione igno
rantiæ nõ poſſunt eadẽ pęna puniri, qua potuiſſent,
ſi fuiſſent præſentes tempore,quo proclama fuit pu-
blicatum,ſed longè maiori pęna, hoc eſt arbitrio iu
7 dicis,†qui nõ poteſt arbitrari ultra dimidium pęnæ,
ut notabiliter uoluit Spe.in tit.de conſtit.in vlt.col.
Quinimmò,ut ſuperius dixi per ea, quæ habentur ꝑ
gloſam, & doctores,ĩ d.l.qđ ergo,§. pęna grauior,&
& in d.l.& ſi ſeuerior,& in d.ca.in cauſis,iudex tene-
tur mitigare,& moderari pęnam tam ſeuerã,& gra-
uem ratione minimæ culpæ ab ipſo ſer Vrſo impoſi-
tam,& illã ad arbitrium boni uiri reducere, attenta
qualitate criminis culpæ,& perſonæ, & conſequen-
ter ad minimã pœnã pecuniariã in caſu, quo ipſi in-
quiſiti eſſent puniendi, cũ non ob crimen ab eis cõ-
miſſum, ſed ſolum ob quandã culpam,&
tiam in non propalando punirentur: Ve
ipſos inquiſitos,& maximè Carolũ nullo
8 ſe puniri,quia † ex quo fuerũt abſentes tem
clamatis, præſumuntur illius notitiã hab
ꝙ ab alijs præſentibus ſciuerũt id, quod in
te fuit publicatũ,ut in d.authen.qui ſemel
quã omnes cõiter ſequũtur:Sed in caſu,d
tur,Carolus, ac etiã ſocius, qui tempore p
tis fuerunt abſentes,habnerunt notitiam a
fuerunt præſentes,ſolum de illo capite pro
ꝙ ſi quis haberet,& teneret in domo Zann
retur ſub pęna illũ infra vnã horam denũc
proclama hoc ſolũ continebat,& nihil aliu
fuit probatũ per plures teſtes, qui depoſue
clama cõtinuiſſe hoc ſolũ,& non aliud,&
ſic dicebatur,ergo inquiſiti hoc dũtaxat ſc
runt,de quo à pręſentibus fuerunt certior
illud nõ præſumuntur aliquid aliud ſciuiſſ
ratione glo.in d.authen.qui ſemel.Præter
proclamatis rectè conſiderentur, Carolus,
Hercules,qui fuerunt abſentes, non deb
proclamate apposita puniri, nã, prout cõ
proclamatis facta ab ipſo notario,procla
fuit per hæc uerba ſi quis ſciret, uel tene
ret in domo , & infra unã horam nõ den
9 † quæ ſunt uerba pręſentis temporis,ut e
q̃ in pęnalibus, & odioſis non poſſunt ad
ad futurũ tempus trahi ad effectũ, ut qu
turo puniri poſſit ad tradita per Bar.& Al
ta forma,C de iure fiſci lib.10.& faciunt
in l.ſi ita,ff.de auro,& argen.leg.ergo ſolu
ſciuerunt,& tenuerunt in domo,tempore
clama fuit factũ, & ſic illo præſenti temp
poſtea,poterũt pęna cõminata puniri,Sed
& Hercules tempore præſenti , quo procl
fuit,non ſciuerunt,nec notitiã habuerunt
co,& in qua domo Zanninus latitaret, &
ſed expoſtfacto per plures horas, ut ex con
ſione,& ex dictis teſtium apparet,& contra
delicet,ꝙ tempore præſenti ſciuerint, non
tum,ergo tanquã inobedientes puniri non
quia non ſunt de comprehenſis ſub ꝓclama
lũ ex uerbis ſuis cõprehendit illos, qui tem
10 clamatis ſciebant,aut tenebant.Et † cũ ſimus
ſis,& pęnalibus,uerba ſunt propriè, & ſtricte
gẽda,& prout ex proprio ſignificatu demõ
in pęnis,de re.iu.in 6.l.cũ qdã, ff.de liber.
& l.ſi de interpretatione,ff.de pęnis. Et ſi
ꝙ de tenore ꝓclamatis ſtandũ ſit ſcriptura
ſeu aſſeſſoris, qcqd dixerint teſtes examina
rũ,q̃ hñr,in c.cũ Ioãnes,de fide inſtr.& in l
11 C.de proba.Reſpondeo,ꝙ † hoc uerũ eſſet
ra producta à notario eſſet conformis orig
pturæ actorũ,ad hoc.n.ut de actis ſtetur ſcri
tarij,requiritur,eã fuiſſe ſumptam ex origi
conuenire,alioquin nullã fidẽ facit d.c.quo
tra,ibiq; doctores omnes:Sed ſer Vrſus fid
de proclamate fecit , non aſſumpſit ex orig
actorũ,ſed ex ſuo capite illã fecit,& ſcripſit
te Bononiæ abſq; libro actorum,ſecundũ e
hi in facto proponũtur, ergo ſcripturæ illius
ceſſu ꝓductę nõ eſt credẽdũ,ſed potius teſti
ribus, qui pro parte fuerunt præſentes tpe p
tis,& qui pro parte intellexerunt,& dici au
proclama aliter fuiſſe publicatũ,quam no
pſerit,ergo quanta fides ſit dictæ ſcripturę
da,& an ex hoc notarius eſſet puniẽdus,
& debet cognitor cauſæ,hæc enim proc
quoniam contra in fi.Ex his igitur conclu

Ipſos inquiſitos ab inquiſitione contra eos formata omnino fore abſoluendos. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Publicanorum vitium in damnum mercatorum non eſt conuertendum, & eorum temeritas, & audacia eſt compeſcenda.*

2 *Per obreptionē obtenta uiribus carēt, et impetrantib. nō opitulātur præſertim cōtra pacta, & leges, quæ ab eis ſeruari debēt.*

3 *Datiarij bannum contra fraudantes aliter, quam in eorum pactis, & capitulis contineatur, fieri impetrantes non banno, ſed capitulis, & pactis uti debent, bamnumq́; illud eſt nullum.*

4 *Pœna uectigalis commiſſi quando duplum eſſe debeat.*

5 *Fraudandi uectigalis animum non habuiſſe ex quibus quis cognoſcatur, & nu. 7. et quando eius iuramento, quòd noluerit fraudare, ſit ſtandum nu. 8.*

6 *A dolo qualibet cauſa etiam iniuſta, & quælibet credulitas etiam fatua excuſat.*

9 *Fraus, & dolus ab agente ſe in illis fundante probari debent, præſertim quando præſumptio eſt pro reo.*

10 *Qualitas in libello, ſeu in inquiſitione propoſita eſt probanda, alioquin reus abſoluitur.*

11 *Interpretatio ſemper facienda, ne ſit delictum, uel fraus, præſertim contra publicanos.*

12 *Fraudem non commiſit, nec in commiſſum incidit, qui cum mercibus in itinere exiſtens pœnitentia ductus rediјt.*

13 *Tempore permiſſo in dubio quid factum preſumitur.*

14 *Denunciatio quando ſcienti non ſit facienda, ſed ſimplex ſcientia ſufficiat, ēt ſi denunciatio eſſet requiſita, & quando ſecus.*

15 *Paſſagium facere quis dicatur.*

16 *Denunciationē ſiue ante, ſiue poſt actū fieri quando non referat.*

17 *Prouiſio, & pœna iuris communis ceſſant per prouiſionem, & pœnam ſtatuti.*

18 *Licentia requiſita quando etiam ex interuallo, & poſt actum petiposſit, & ſufficiat.*

19 *Licentia quot modis ſumatur, quando ſit de ſubſtantia, & ante actū petenda, & quando ēt ex interuallo illam peti ſufficiat.*

20 *De forma, & de ſubſtantia quæ eſſe dicantur.*

21 *Cardinalium abſentium expectatio pro electione pontificis nō eſt de forma.*

22 *Teſtis ſuſpectus eſt, qui tractat de ſuo ītereſſe, et de ſe exonerādo.*

23 *Officialis datiariorum poteſt ipſis datiarijs præiudicare.*

24 *Sententia lata à iudice poſt legitimam allegationem ſuſpitionis cum proteſtatione, quòd in negotio principali non ſit ad ulteriora procedendum, eſt ipſo iure nulla.*

EPITOME.

MERCATOR ab inquiſitione contra eum formata ratione fraudis, quam datiarij dicebant ipſum cōmiſiſſe, ob non petitam, & ob non factam denunciationem de extrahendo frumentum.

Nec non à pœna banni intentata contra tenorem capitulorū ſuorum, hic cōtra datiarios defenditur.

CONSILIVM CLXIIII.

IN cauſa cuiuſdā aſſerti fraudati uectigalis ꝯ Abraā hebræū mota, conſiliis mihi exhibitis diligenter inſpectis, uno videlicet clariſſimi Iuriſconſulti do. Petriantonij Petrę, altero vero eximij doctoris do. Ioannisbaptiſtæ Gordi Rauennatenſis dicti Abraā aduocati, illisq́;, ac toto proceſſu cauſæ rectè conſideratis, in Gordij ſententiā, quā veriorē, & æquiorē puto, condeſcendo, illā prius confirmādo, & ſucceſſiuè obiecta reſoluendo. Et cū tota vis præſentis conſultationis à banno Magnifici do. Gubernatoris, & à capitulis cōitatis Rauennæ, quibus datiarij uectigal conduxerunt, dependeat, in primis concludēdū vt, ꝙ aſſertū bannum ad inſtantiā, & requiſitionem dictorum publicanorū emanatū tanquā obreptitiū, & eorū dolo ꝯ formā ſuorū capitulorum obtentū, & publicatū ipſis non patrocinetur, poſito verū eſſe, illud fuiſſe publicatum, ſi. n. à gabellarijs inſtantibus

narratus fuiſſet do. Gubernatori tenor capiteulorū,
quibus datiū conduxerunt, & uectigal exigere, ac
fraudantes mulctare ex conuentione debebāt, pro-
culdubio idē do. Gubernator ſic aliter, quam in capi
tulis continebatur, proclamare non iuſſiſſet, cū ve-
riſimile non ſit, iniuriam inde prouenire, unde iura
1 naſci ſolent l. meminerint, C. vnde vi, nam† vitium
obreptionis dictorum publicanorū non eſt in dam-
num mercatorum conuertendū, arg. c. 2. 16. q. 6. qui-
nimmo eorum temeritas, & audacia eſt compeſcen
da, prout antiquitus prætor edicta proponendo ob
eorū fraudes facere nixus fuit l. 1. §. dixerit, & l. quā-
2 tæ, & per totū, ff. de publica. qm̄ † ea, quæ per obre-
ptionē ſunt obtenta, uiribus carere debent, & impe-
tranti minimè opitulari poſſunt, & præſertim ꝯ pa-
cta, & leges, quibus publicani uectigalia conduxe-
runt, ad quorū obſeruantiā tenētur, l. cęſar, ff. de pu-
blica. l. penes cum ſeq. C. eo. ti. l. ſi quis obrepſerit, ff.
de falſis, l. 2. & l. ſi legibus, C. ſi ꝯ ius, vel vtil. pub. l. ſi
prætor, §. marcellus, ff. de iud. l. magis, §. manet, ff. de
rebus eorū, l. 1. ff. de natal. reſti. & ad no. per ſcriben.
3 in c. ſuper literis extra extra de reſcrip. Sed † datiarij
à Gubernatore ciuitatis Rauennæ impetrarunt ban
niri, ꝙ hi, qui frumentū, aut aliud genus bladi extra
territoriū extrahere, aut extrahi facere uolunt, hoc
facere non poſſint abſq; licentia, & bulletta ipſorū
publicanorū ſub pœna incidendi in commiſſum, &
unius ſcuti pro quolibet ſtario contrafacienti impo
nenda, vt latius in dicto bāno cōtinetur, in quo cum
nulla facta fuerit mentio eorū, quæ in capitulis cū ip
ſa cōitate factis, & conuentis habētur, in quibus ałr
cauetur, videlicet ꝙ quilibet vendens, aut tranſitū fa
ciens cū frumento, & bladis cuiuslibet ſpeciei, ſi da
tiarijs non denunciabit, ilico cadat in pęnā bonone
norū uiginti pro quolibet ſtario applicandā &c. à q-
bus capitulis datiarij minimè poſſunt recedere, niſi
de conſenſu cōitatis, à qua cauſam habuerunt arg. l.
ſicut, C. de actio. & obli. & l. 1. C. de frumen. Alex. li.
11. ſequitur ergo, ꝙ dictū bannū, & proclama tāquā
per obreptionē obtentū nullius roboris eſſe cenſe-
tur, quia in banno derogandū erat capitulis, quæ vi
cē legis obtinebant, l. cæſar. ff. de publica iunctis ijs,
quæ habentur in l. fi. C. ſi ꝯ ius, vel util pub. ſi. n. ipſi
Gubernatori expoſitū fuiſſet de capitulis, & illorū
tenore, non eſt veriſimile, ꝙ ſic conceſſiſſet ꝯ capi-
tula, quę inter cōitatem, & datiarios ſunt conuenta,
atq; promiſſa, quia prætor ait, pacta ſeruabo, l. iuriſ-
gentiū, §. prætor ait, ff. de pactis: Datiarij igitur non
banno illo, ſed capitulis aduerſus fraudantes vti de-
bent. An aūt do. Gubernator ex ſuo mero offō non
implorato, & ſic motu proprio id facere potuiſſet,
nō diſcutio, cū de hoc in præſentia non ambigatur.
Sed dictus Abraā capitulis non ꝯuenit, quia capitu-
la dūtaxat illos afficiunt, qui vēdere, aut tranſitū cū
bladis facere volunt, ſi datiarijs nō denunciauerint,
& ꝯ ipſum Abraā inquiſitū non fuit, ꝙ vendiderit,
nec, ꝙ tranſitū fecerit, ſed ꝙ nauē onerari, illamq́;
extra territoriū ſine licentia, & bulletta conduci fe-
cerit in præiudiciū dictorū conductorū gabellæ, er-
go non cenſetur incidiſſe in pœnam capitulorum
hunc caſum non comprehendentiū. Prędterea in ca-
pitulis cautum eſt, ꝙ quicunq; frumentum, aut a-
liud genus bladi in ciuitate, vel comitatu emerit,
non poſſit illud extrahere, nec ad alia loca tranſue-
here, ſeu conducere, niſi prius datium ſenſariæ ſol-
uerit ſub pœna dupli eius, quod erat ſoluendū, con-
tra Abraam aūt agitur ad amiſſionē frumenti, & ad
pœnā unius ſcuti pro quolibet ſtario, & ſic alio mo
do, quam per capitula ſit cautum, male igitur con-
4 tra eum proceſſum fuit, quia † ſi dici poteſt, ipſum